



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Quæ omnia ad praxim vtriusque fori, interioris scilicet, & exterioris, & ad
iurisdictionis explicationem exigenda continet

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopvs An Possit dispensare, vt quis plura beneficia simplicia habere
poßit? Allegatio LXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98639](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98639)

uant Frat. Emman. in summ. tom. 1. capit. 119. numero ſextimo. Aloyſ. Ricci. in deciſionibus Curie Archiep. Neapolit. deciſ. 320. numero undecimo par. 1. & refert Proſper. de Auguſtino in addit. ad Quarantam in summ. bullary, verbo beneficiorum poſſeſſio, littera B. in fine, Sacram Congregat. Concilij cenſuiſſe ſcribendum eſſe ad Nuncium Hiſpaniarum, ei qui poſſeſſionem Fidei non emiſit, poſſeſſionem non ſuffragari quo ad faciendos fructus ſuos tantum: quoad ceteros autem effectus commodo poſſeſſionis, & ceteris iuribus, ſi quæ habet, non priuari, ac alias declaraffe omiſſionem poſſeſſionis Fidei non priuare Canonicum alijs poſſeſſionis effectibus, ſed ipſum, & vocem in Capitulo, & ius procedendi habere à die adeptæ poſſeſſionis, niſi aliud obſtet.

28 Intra dictos duos meſes Fidei poſſeſſionem non emittentes ita fructus ſuos non faciunt, vt in conſcientia teneantur illos reſtituere, etiam non interueniente aliqua ſententia, quia Concil. ait, qui eam omittunt fructus non facere ſuos, ergo fructuum ius, & dominium acquirere iure non poſſunt, ita Azori. d. capit. 2. quaſt. 1. in fine, Nicol. Garcia d. capit. 3. numero 35. Vgolin. d. paragraph. 16. numero quarto, quamuis probabilius eſſe non teneri reſtituere, donec condemnentur, ſeu ſequatur ſententia declaratoria, tucantur Nauarr. conſ. 3. numero primo, ſub titul. de summ. Trinit. in prima edit. & conſ. 12. numero primo, ſub titul. de iureiur. in ſeunda edit. Frat. Emman. quaſt. Regul. tom. 2. quaſt. 72. artic. 3. Sanchez d. capit. 5. numero decimo, dicentes decretum illud Concilij eſſe pœnale, ac proinde etiamſi pœnam ipſo iure irroget, non obligare in foro conſcientiæ.

29 Verum ſi per ignorantiam, incogitantiam, vel inaduertentiam non fecerunt Fidei poſſeſſionem intra prædictos duos meſes, quamuis in foro exteriori non excuſentur, quia eſt ignorantia iuris clari, in foro tamen interiori, & quoad Deum excuſantur, itaut ad reſtitutionem fructuum in foro conſcientiæ non obligentur, quia huiusmodi lex iuſte ignorari, vel ſaltem memoria excidere poteſt, & ubi quis contra legem præcipientem, vel prohibentem aliquid fieri, ſine culpa facit, pœnam non meretur, quare ita reſoluunt Frat. Emman. dicto capit. 119. numero ſextimo in ſeunda editioe, & conſil. 4. numero tertio, & conſil. 7. numero ſecundo & tertio, & conſil. 11. numero tertio & conſil. 12. numero ſecundo, ſub titulo de iureiur. in ſeunda edit. Azori. d. capit. 2. quaſt. 2. Flamin. dict. libro decimo, quaſt. 9. numero octauo cum ſequentibus, Lali. Zechi. de Republ. eccleſiaſt. titul. de benefic. & penſion. capit. 9. numero tertio verſic. requiritur etiam, Sanchez d. capit. 5. numero decimo tertio, Nicol. Garcia d. capit. 3. à numero 66. Aloyſ. Ricci. d. deciſ. 220. numero octauo par. 1. Vgolin. dicto §. 16. num. 5. Proſper. de Auguſtino. ubi proxime, verſic. inter alia, Sorb. in compend. Mendicant. verbo poſſeſſio Fidei, not. 2. Molina de inſtit. tract. 4. diſput. 71. numero octauo.

30 Distributiones tamen huiusmodi prouiſi, quamuis poſſeſſionem non emiſerint, acquirunt, & faciunt ſuas, quoniam dantur ratione miniſterij, & operæ perſonalis, ita reſoluunt Azori. d. capit. 2. quaſt. 3. Stephan. Gratian. diſceptrat. forenſ. cap. 166. numero vigeſimo ſecundo. Alexand. Moneta de diſtribution. quorid. par. 1. quaſt. 6. & 7. & Sacram Congregat. ſic cenſuiſſe referunt Vgolin. d. §. 16. numero quinto verſic. ſeunda, Proſper. de Auguſtino ubi proxime, Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. §. 6. proam. nu-

mero 170. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. collectan. 1451. verſic. inſertur ſexto, Galett. in margarita caſuum conſcient. verbo poſſeſſio 2. Nicol. Garcia dicto cap. 3. num. 60. Campan. dicto capit. 3. numero 18.

31 Ex dictis opportunè quaeri poterit, cui ſint aſſignandi, & applicandi fructus amiſſi ob non factam poſſeſſionem Fidei, cum id Concilium non determinet? Reſpondebitur eos eſſe impendendos, vel in vſus pauperum, vel in fabricam Eccleſiæ, ſicut fructus eorum, qui non reſident, per Concil. ſeſſ. 23. de reformat. capit. 1. verſic. ſi quis autem, ita Azori. d. capit. 2. quaſt. 3. Vgolin. d. §. 16. numero quarto in fine, Sanchez d. cap. 5. numero decimo ad finem, & loquendo de Parochis firmant Eufc. de viſitat. libro ſecundo capit. 13. numero quarto. Zechi. de beneficijs, & penſionibus, capit. 13. numero quarto verſic. quod ſi Parochiales, Flamin. d. libro decimo quaſt. 9. num. 123. & 124. Nicol. Garcia d. p. 5. capit. 3. numero 36. In dignitatibus vero habentibus fructus diſtinctos, & ſeparatos à menſa capitulari videtur quod amiſſi ob non factam poſſeſſionem ſunt reſtituendi, & applicandi fabricæ Eccleſiæ, quatenus indigeat, aliàs alteri pio loco arbitrio Ordinarij per Concil. Trident. ſeſſ. 22. de reformat. capit. 3. reſoluit idem Nicol. Garcia d. capit. 3. numero 30. At in Canonicis, & dignitatibus habentibus fructus in menſa Capitulari, videtur amiſſos ob non factam Fidei poſſeſſionem ad Capitulum ſpectare, ſicut fructus non reſidentium, aut excommunicatorum, idem Garcia dict. cap. 3. num. 40. vbi à num. 42.

32 Dicit, quod debens fructus non poteſt ſe componere cum Capitulo, ſoluta aliqua parte, & à numero 53. refert Sacram Cardinalium Congregationem cenſuiſſe Ordinarium non poſſe condonare fructus amiſſos ob non factam Fidei poſſeſſionem.

S Y M M A R I U M.

- 1 Beneficia ſimplicia plura obtineri non poſſunt, ſed vnum tantum ſingulis conferendum, vel ad ſummum duo, quando primum ad honeſtam non ſufficit ſuſtentationem.
- 2 Beneficia ſimplicia obtinens vnum, quod ſufficiat ad honeſtam ſuſtentationem, peccat mortaliter.
- 3 Beneficij ſecundi ſufficientis habita poſſeſſione vacat primum ſufficiens per ſententiam, niſi ſit magna beneficiorum concernatio, quia tunc vacabit ipſo iure.
- 4 Beneficium ſimplex inſufficiens habenti, quod reſidentiam non requirat, licet aliud curatum conferre.
- 5 Epiſcopus poteſt ſecundum beneficium conferre illi, cui primum ad eum honeſte ſuſtentandum non ſufficit.
- 6 Beneficia duo ſimplicia, quando vnum ſufficit ad vitam clerici commode ſuſtentandam, ex indulgentia, & auctoritate Epiſcopi nullus poteſt habere.
- 7 Beneficium poteſt Epiſcopus conferre habenti iam in penſionibus eccleſiaſticis ſufficientem ſuſtentationem.
- 8 Conſuetudo vt poſſint retineri duo, vel plura beneficia ſimplicia, quorum ad victum ſit vnum ſufficiens, non eſt ſeruanda.
- 9 Conſuetudo Hiſpania non cura indicatur in conſcientia, ſecundum quam Ordinarij conferunt vni plura ſimplicia, quamuis vnum ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem.

10 Beneficia duo, tria, aut plura simplicia quando non sufficiunt ad honestam sustentationem, potest de stylo Curiae aliud simplex illa obtinenti conferri, donec commode Clericum alant.

11 Beneficium ad congruam sustentationem sufficiens, quod dicatur, ostenditur.

12 Dispensare non potest Episcopus, ut quis duo simplicia beneficia uniformia, siue similia, sub eodem recto possit obtinere.

13 Beneficium uniforme sub eodem recto quando dicatur ad inducendam incompatibilitatem, remittitur.

14 Beneficium situm in Capella, claustro, cimiterio, seu ambitu contiguus Ecclesiae censetur esse in eadem Ecclesia.

15 Dispensatus ad duo beneficia nequaquam censetur dispensatus, ut illa habeat etiam simplicia in eadem Ecclesia, nisi expresse fuerit dictum.

16 Beneficium primum simplex vacat ipso iure, ubi secundum simile adipiscitur in eadem Ecclesia.

17 Beneficia duo simplicia sub eodem recto si sint dissimilia, possunt ex dispensatione Episcopi obtineri, dummodo unum non sufficiat ad vitam clericum.

18 Papa solus dispensat super pluralitate dignitatum, personatum, canonicatum, & curatorum beneficiorum.

19 Canonicus obtinens dignitatem sine Apostoli dispensatione perdit Canonicatum.

20 Dignitas etiam sine prebenda est incompatibilis sub eodem recto cum Canonicatu.

21 Dignitas, & Canonicatus ex privilegio, vel consuetudine possunt obtineri, cum utriusque quotidianis distributionibus, & duplici voce in Capitulo.

22 Refertur Sacra Rota Rom. decisio in una Oriolen. Canonicatus 11. Ianuarij 1619. coram R. P. D. Remboldo.

23 Dignitatem, & canonicatum obtinens, vel duo beneficia, alias inaequalia ex dispensatione, vel consuetudine residere debet in digniore.

24 Statutum in quo disponitur, quod quilibet sedeat in propria sede, alias perdat Horam, intelligi debet de obtinentibus unum beneficium, & sic unam sedem.

25 Vota duo debentur in Capitulo, quando dignitas, & Canonicatus ex privilegio, vel consuetudine obtinetur.

26 Iura duo quando concurrunt in eadem persona, quorum quodlibet producit ius danda vocis, debet talis persona habere duas voces.

27 Consuetudo est stricti iuris, & non extenditur de loco ad locum, nec de persona ad personam.

28 Beneficij primi requirentis residentiam inducitur vacatio ipso iure per adeptionem secundi pacifice possessi.

29 Canonicatus duos simul absque dispensatione Apostolica per triennium, & ultra detinens utroque ipso iure est primatus, itant ex regula de triennali se defendere non possit.

30 Dispensatio ad plura beneficia ex cursu decem, vel viginti annorum in dubio praesumitur.

31 Doctores referuntur, qui tractant materiam de incompatibilitate beneficiorum.

EPISCOPVS AN POSSIT dispensare, ut quis plura beneficia simplicia habere possit?

ALLEGATIO LXII.

2 **P**Lura simplicia beneficia obtineri non possunt, sed vnum tantum singulis conferendum est, quod quidem si ad vitam eius, cui confertur, honeste sustentandam non sufficiat, licetum est nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo utrumque personalem residentiam non requirat eidem conferri, ut habetur in Concilio Trid. sess. 24. de reform. cap. 17. per quod ita resoluunt Nau. in man. cap. 23. numero 123. & de Floris Canon. cap. 22. nu. 52. & cons. 14. in antiqu. alias cons. 11. in nouis, sub tit. de prebendis, Salzged. ad Bernard. in praxi. c. 48. alias 49. litt. C. vero quamuis simplicia, Fr. Emman. in sum. tom. 1. c. 31. nu. 2. & 6. reg. in sum. p. 1. cap. 36. casus 25. cum duobus sequentibus, Flamin. de resignat. lib. 5. quest. 6. num. 115. cum seq. Azori. instit. moral. par. 1. lib. 2. c. 12. post princ. & lib. 5. c. 19. vers. consuetudo qua quis in eadem Ecclesia, & p. 2. lib. 3. cap. 7. quest. 4. & c. 8. q. 6. & c. 9. q. 3. & cap. 10. quest. 4. & cap. 11. q. 23. Petr. Ledesma in sum. p. 2. tract. 7. cap. 1. concl. 12. diff. 5. praxis Episc. p. 2. verbo incompatibilia, §. 2. Ludou. Besa respons. casuum conscient. p. 4. casu 26. Cardin. Tusch. tom. 1. lit. B. concl. 61. Valer. Regim. in praxi fori poenitent. tract. 3. n. 283. Fusc. de Visitat. lib. 7. cap. 7. num. 8. Nicol. Garc. de benefic. p. 11. cap. 5. n. 268. cum sequentibus. Regolin. de potestate Episcopi cap. 14. §. 2. Armendar. in addit. ad recap. legum Navarra lib. 4. tit. 7. de benefic. incompatib. a nu. 30. Et loquitur Concil. etiam de Cardinalibus, Flamin. d. lib. 5. q. 6. num. 116. Regolin. d. §. 2. n. 1. in fine. Cui si quis contrafacere intenderit mortificare peccabit, & viuet in statu damnationis, gloss. verbo retinere, in fine, in cap. dudum, il secundo, de elect. post Navarra. Hoied. Bertach. & alios tenet Flamin. d. lib. 5. q. 6. nu. 118.

3 Tunc enim habita possessione secundi beneficii sufficientis vacat primum sufficiens, ita referunt Decisum Nicol. Garcia d. cap. 5. num. 283. in 2. declar. Armendar. d. loco n. 30. non tamen ipso iure Flamin. de resignat. lib. 3. q. 1. nu. 138. in fine. Sed cogendus est per sententiam alterum eorum relinquere Navarra. conf. 27. in antiqu. alias 13. in nouis, sub titulo de preb. data illi electione cap. referente, cap. praterea, de preben. Rot. decis. 474. p. 1. Aloys. Rec. in praxi aure. resolut. 100. in fine, nihil sit magna beneficiorum coarctatio, quia tunc fit vacatio ipso iure, Flamin. lib. 3. quest. 1. n. 139. vbi a nu. 142.

4 Quae dicatur magna beneficiorum multitudo, & quamuis Concil. dicat aliud simplex sufficiens, quod residentiam non requirat, liceat conferre aliud curatum, &c. solum enim est vis in eo, quod utrumque personalem residentiam non requirat. Hoied. p. 2. cap. 2. n. 1. in fin. Nicol. Garcia d. par. 1. c. 5. numer. 304.

5 Dum igitur sac. Conc. Trid. ubi vnum beneficium ad honeste sustentandam eum, qui illud habet, permittit ei aliud simplex conferri, ad Episcopum id spectare clare demonstrat, quia quando canon permittit aliquid fieri, & personam non praescribit, ad Episcopum id pertinere

O hij

ostendit iuxta resoluta supra *Alleg. 33. numer. 27.* Quare Episcopum habenti vnum simplex beneficium, quod non sufficiat ad eius sustentationem posse aliud conferre declarauit *sacra Cõgreg. prout referunt Pzolin. d. 5. 2. numero 2. Leli. Zech. de Reg. publ. Ecclesiast. tit. de beneficiis ad finem, Nicol. Garcia d. cap. 5. numer. 310. in prima declar. Armend. dicto loco numero 32. & seq.*

6 Vnde indulgentia, & auctoritate Episcopi neminem posse habere duo beneficia simplicia, si vnum illorum sufficiat ad vitam clerici commode sustentandam, nec plura vltra duo, etiam si ambo eidem ad victum non sufficiant, resoluunt supra citati, & præcipue *Azori. d. c. 9. q. 3. & plures per Nicol. Garcia d. c. 5. a. n. 371.*

7 Poterit tamen conferre beneficium alicui habenti iam in pensionibus ecclesiasticis, sufficientem sustentationem, vt tenent *Azori. d. p. 2. lib. 8. cap. 10. quæst. 8. & cap. 12. quæst. 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. a. numero 14. referunt decilum Nicol. Garcia d. cap. 5. numero 310. vers. quarto, Armend. d. loco n. 37. in fine.*

8 Procedit supradicta resolutio, quamuis communiter contrarium seruetur, vt retineantur duo, vel plura beneficia simplicia, etiam quod ad victum sit vnum sufficiens, vt resoluunt *Hojed. de incompatib. benefic. part. 1. cap. 19. numer. 1. in fine. Flamin. d. lib. 5. quæst. 6. n. 119. cum huiusmodi communis obseruantia non excuset retinentem plura simplicia beneficia, quorum vnum est sufficiens, à peccato mortali Hojed. d. c. 19. n. 8. Bertach. verbo beneficiorum sufficiencia, Flamin. vbi proxime, tum quia consuetudo hæc est contraria iuri naturali, rationi, & iuribus; tum quia consuetudo non excusat à pœnis æternis, & diuinis, licet excusare possit à temporalibus D. Antonin. 2. p. 3. tit. c. 1. Tirac. de pœnis temp. c. 42. n. 4. cum seq.*

9 Vnde non tutam iudico Hispaniæ consuetudinem, vbi refert *Nicol. Garcia d. c. 5. numer. 323. vñ receptum, posse Ordinarios conferre vni plura beneficia etiam vltra duo, quamuis vnum sit sufficiens ad congruam sustentationem, & n. 331. testatur suo tempore in hac Curia per aliquos Hispanos fuisse factas aliquas impetrationes de huiusmodi beneficijs simplicibus per Ordinarios prouisis, quæ licet fuissent signatæ, tamen ad instantiam Regis Philippi 11. & eius Ambasciatoris non fuerunt ad effectum productæ.*

10 De stylo tamen Curia, vbi duo, aut quatuor beneficia simplicia non sufficiunt, potest aliud simplex conferri, donec omnia simul commode clericum alant, ac sustentent, eo quod idem iuris esse videtur cum tria, quatuorve beneficia sufficiunt, ac quando vnum non sufficit, tum quia *Pius Quartus, Pius Quintus, Gregorius Decimus tertius, & sequentes Summi Pontif. concesserunt sæpius vni beneficiato plura beneficia simplicia residentiam non requirentia, & hodie etiam per S. D. N. Gregorium Decimumquintum conceduntur Hojed. par. 2. cap. 1. a. numero tertio, Azuad. consil. 2. numer. 1. Cened. ad Decretal. collect. 150. numero 2. Flamin. d. libro 3. quæst. 1. numero 141. Azori. d. par. 2. lib. 6. cap. 11. quæst. 8. Perez de Lara de capellan. lib. 2. cap. 7. numer. 12. praxis episcop. part. 1. verbo beneficium, §. 7. concl. 2. & refert Mosson de maiest. milit. Ecclesiæ lib. 1. parte 3. capit. 3. pagina 452. in fine, quod hodie de consuetudine non datur dispensatio ad plura beneficia simplicia, sed Prælati inferiores videntur*

quod conferre possunt, & de facto conferunt nulla habita ratione, an sint pingua, vel tenuia, quæ secundum ea, quæ habentur in *Concil. dicto capit. 17. non satis laudabilia sunt.*

11 Nunc autem ad intelligentiam dicti decreti *Concilij Trident. sess. 24. de reformat. cap. 17. videntur, quod dicatur beneficium ecclesiasticum sufficiens ad congruam sustentationem, & quia hoc non est à iure definitum, & sub certa regula comprehendendi non potest, cum illud quod respectu vnius dicitur magnum, respectu alterius dicatur paruum, vera & recepta sententia est hoc relinqui arbitrio iudicis paulo plus, vel minus æstimandum per reg. l. 1. ff. de iure deliber. & cap. de causis, §. illis etiam, de officio deleg. consideratis considerandis, qualitate scilicet, personarum, locorum, & temporum, Flamin. libro 5. quæst. 6. numero 131. & sequen. praxis Episcop. part. 1. verbo beneficium, §. 7. conclus. 8. princip. Nauar. de orat. misc. 62. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 15. numero 39. Reginald. dicto tractatu 3. numero 285. remissive Nicol. Garcia d. cap. numero 320. Prosper de Augustino in addit. ad Quarantam in summ. bullarj verbo beneficiorum resignationes, causa octaua, vbi etiam resoluunt, quod in iudicanda beneficij sufficiencia non debet haberi ratio bonorum patrimonialium ipsius beneficiarij, & vide quæ ego ipse dico *Allegat. 19. a. numero 8.**

12 Aduertendum etiam est Episcopum non posse dispensare, vt quis duo simplicia beneficia vniformia, siue similia sub eodem recto, idest, in eadem Ecclesia, possit obtinere gloss. vlt. in Clem. fin. de præbendis, Abb. in capit. litteras, numero tertio & 6. de concessione præbende, Flamin. libro tertio quæstion. 1. numer. 123. Azori. d. par. 2. lib. 3. cap. 50. quæst. 6. & lib. 6. cap. 11. quæst. 4. & cap. 12. quæst. 6. plures quos refert, & sequitur *Nicol. Garcia d. par. 11. cap. 5. numero 185. quamuis praxis Episcop. part. 1. verbo beneficia, §. 7. conclus. 6.*

13 Quem videtur sequi *Perez de Lara de amminis. & capellan. lib. 2. capit. 7. numero 13. asserat, quod hodie per decretum Concil. in dicto capit. 17. potest quis habere duo beneficia conformia sub eodem recto, modo sint simplicia, & non requirunt personalem, residentiam & non sufficiencia.*

Quando autem dicatur beneficium vniforme sub eodem recto ad inducendam incompatibilitatem tradunt *Nauar. consilio 16. de præbendis in nouis, Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloss. 10. a. numero 32. Nicol. Garcia dicto capit. 5. numero 259. vbi resoluunt, quod beneficium situm in capella, claustro, cæmeterio, seu ambitu contiguis Ecclesiæ censetur esse in eadem Ecclesia. Iura enim abhorrent, vt in eadem Ecclesia, & sic sub eodem recto quis obtineat duo beneficia, Flamin. dicta quæstion. prima numero 122. vbi numero 125. resoluunt, quod dispensatus ad duo beneficia, nequaquam censetur dispensatus, vt illa habeat etiam simplicia in eadem Ecclesia, nisi expresse fuerit dictum, quamuis in dispensatione addit clausula motu proprio. Et vbi primum clericus in eadem Ecclesia secundum beneficium simile adipiscitur, vacat primum ipso iure c. litteras, de concess. præbend. Nau. cons. 27. in antiq. aliàs 13. in nouis sub titul. de præbend. stupbil. de gratijs expec. §. tertia forma, numero 7. Azori. d. p. 2. lib. 7. cap. 16. quæst. 10.*

17 Verum si huiusmodi duo beneficia simplicia sint difformia, etiam quod sint sub eodem recto, possunt ex dispensatione Ordinarij retineri, dummodo vnum non sufficiat ad vitam clericici, *glos. in capit. 1. de consuet. in 6. Nauar. cons. 18. numero 1. de prebend. Azori. d. par. 2. lib. 3. cap. 50. quest. 6. & lib. 6. cap. 11. quest. 2. & 4. & cap. 12. quest. 6. & cap. 13. quest. 6. & dicit decusum Franc. Leo in thesaur. fori ecclesiast. par. 2. cap. 8. numer. 55. quæ dispensandi facultas iure communi Episcopis competens per Concilium sublata non fuit; Nec obest cap. 4. sess. 7. de reformat. quia ibi Concilium solum inducit vacationem beneficiorum quomodolibet incompatibilium, quæ contra formam Sacrorum Canonum, quis recipere, ac simul retinere præsumperit: vnde non prohibet retentionem beneficiorum, aliàs incompatibilium à casu iure permisso; & sic ubi Episcopus possit de iure dispensare, &c. Quare censuit S. Congreg. Episcoporum ex causa posse dispensare, vt quis obtinere possit duo beneficia difformia sub eodem recto, dummodo quodlibet per se non sit sufficiens ad sustentationem prouisi referunt Nicol. Garcia d. capit. 5. numero 377. Armendar. d. loco num. 8.*

18 Super pluralitate dignitatum, personatum, canonicatum, ac Curatorum beneficiorum nunquam dispensat Episcopus, sed solus Papa, *glos. verbo per sedem, in capit. de multa, de prebend. & verbo absque dispensatione, in capit. 1. de consuet. libro sexto & verbo sui beneficii, in capit. Ordinarij, de officio Ordin. eodem libro & verbo Apostolica sedis, in capit. non potest, de prebend. eodem libr. plures refert Doctores Nicol. Garcia dicto capit. quinta numero 337. Vnde Canonicus obtinens dignitatem sine Apostolica dispensatione perdit Canonicatum, vt censuit Sacra Congreg. apud Nicol. Garcia d. capit. quinta numero 244. Armendar. d. loco numero 24. & tenuit Rota Rom. apud Seraph. decisi. 1298. Et dignitas etiam sine præbenda est incompatibilis sub eodem recto cum Canonicatu, vt tenuit Rota in vna Lucana beneficij. 4. Nouembris 1579. coram Illustriss. Cardinale Seraphino, quæ est inter eius decisiones impressas decisi. 420. vbi etiam quod dispensatio de retinendo Archipresbyteratu cum Canonicatu, non facit mentionem de præbenda illius, dicitur subreptitia, si præbenda sint incompatibiles. Ex priuilegio tamen, vel consuetudine in vna Ecclesia quis duplici officio fungi potest, vt sit Thesaurarius, & Canonicus, & propterea duplices lucrari distributiones, quia obtinet eas diuerso iure, cum inter dignitates suppleat numerum dignitatum, & inter Canonicos suppleat numerum Canonicorum, nec egeat substituto, ita declarauit Sacra Congregatio, prout referunt Nicol. Garcia dicto capit. quinta numer. 245. Armendariz dicto loco numero vigesimo quinto. Nec huiusmodi consuetudini derogatum fuisse per Concil. Tridentin. sess. vigesima quarta de reform. cap. decimo septimo decidit ead. Sacra Congreg. apud Nicol. Garcia d. capit. quinta numero 245. cum seq. Armendariz dicto loco numero vigesimo sexto. Vnde Sacra Rota Romana in dicta Lucana benef. coram Illustrissimo Cardinale Seraphino tenuit posse Archipresbyterum habere vocem, non solum ratione præbendæ, sed etiam ratione dignitatis, quando simul retineri possunt, vel ab erectione, vel de consuetudine, vel ratione præscriptionis, aut Apostolica aucto-*

ritate; nouissime hoc tenuit eadem Rota Romana in sequenti decisione.

R. P. D. REMBOLDO DECISO in causa Oriolen. Canonicatus.

Veneris 11. Ianuarij 1619.

22 **P**roposito dubio, quæ sedes, & quot vota debeantur D. Thomæ obtinenti auctoritate Apostolica dignitatem Archidiaconatus, & Canonicatum in eadem Ecclesia, Domini altera parte sapius citata non comparente, in omnibus ad eundem D. Thomæ fauorem responderunt, videlicet, ipsi deberi sedem Archidiaconi, & duo vota.

23 Nam quoad sedem, certi iuris videbatur, quod obtinens dignitatem, & Canonicatum, vel duo beneficia aliàs inæqualia, ex dispensatione, vel consuetudine, residere debet in digniori, iuxta not. per Abb. in capit. extirpanda, §. qui vero, numero quint. de prebend. in cap. non potest, §. illud, numero 11. & ibi Franch. numer. 5. eodem tit. in 6. & fuit dictum in seguntina Præcedentia 17. Martij 1613. coram R. P. D. meo Rembaldo.

24 Neque huic iuris dispositioni refragari visum est statutum, in quo disponi dicitur, quod quilibet sedeat in propria sede, aliàs perdat horam. Quia præterquam quod D. Thomas satisfacit statuto residendo in sede Archidiaconi, cum illa sit propria ipsius sedes, vt ex supradictis appareat, dictum etiam statutum intelligi debet de obtinentibus vnum beneficium, & sic vnam sedem tantummodo, non vero de obtinentibus ex dispensatione, seu consuetudine duo beneficia, & per consequens duas sedes, quia cum isti naturaliter in vtraque sede residere non possint virtualiter, & ciuilitate residendo in alterutra, satisfaciunt vtrique, ad trad. per Felip. in capit. at si clerici, §. de adulterijs, numero 16. vers. fallit secundo, de iudic.

25 Quo vero ad vota, pariter dubitatum non fuit, quin vnum dicto D. Thomæ, vt Canonicus debeatur, alterum vero vt Archidiacono, iuxta receptissimam Doctorum sententiam in cap. cum olim. de re iudic. vbi omnes & præcipue Abb. num. 2. Felin. num. 1.

26 Tradunt, quod si duo iura concurrunt in eadem persona, quorum quodlibet producit ius dandæ vocis, debet talis persona habere duas voces, quia censetur iure diuersorum, & quod hæc sit communis, & verissima opinio testatur post alios Couar. variarum resolut. cap. 13. numero 6. post med. lib. 3. & dixit Rota in Senen. Archipresbyteratus 23. Iunij 1606. coram Illustrissimo Cardinale Lancelotto. Hæc illa decisione.

27 Postea in alia decisione super hac causa, & coram eodem Luna vndecima Martij 1619. Domini steterunt in decisis non obstante articulata consuetudine contraria in alijs Ecclesijs partium Hispaniarum, quia consuetudo cum sit stricti iuris, Bald. in authent. si quas ruinas in 1. col. C. de sacrosan. Ecclesijs. Castren. cons. 340. ad si versic. superest Nat. cons. 554. num. 26. Non extenditur de loco ad locum, quemadmodum nec de persona ad personam, libr. 3. §. sequitur hoc interdicto, & ibi Barri. ff. de itin. actus. præ-

uatio. Dec. conſil. 483. numero 22. Nat. conſ. 555. ſub numero. 5. Menoch. conſil. 163. numero. 10. & remed. 5. retin. numero. 563. Maſcard. de probat. conſul. 423. numero. 12. & 13. Seraphin. decif. 1159. numero ſexto. Nam ubi ius eſt certum illud attenditur, & in defectum dicti iuris, particularis conſuetudo, & hac denum etiam deficiente, conſuetudo aliorum locorum, ut poſt alioſ tradit Innocen. in cap. ſin. ſub numero. octau. v. ſ. item, & numero. 9. de officio Archidiaconi. Mohed. decif. 3. numero. ſecundo de decem. Aduertendum in hac re duxi ſacram Congregat. cenſuiſſe obtinentem canonicatum, cui poſt Concilium munus ſit iniunctum Pœnitentiarij, non poſſe in eadem Eccleſia vna cum dicto Canonico obtinere dignitatem in vim conſuetudinis Eccleſiæ permittentis Canonicum poſſe retinere Canonicatum cum dignitate, referunt ſalaz. de Mendoza Pœnitentiarius Eccleſiæ Toleraſe 9. 3. cap. ſin. Nic. Gure. in addit. ad ſuum tract. de benef. par. 11. cap. 5. n. 249.

28. Per decretum Concilij Tridentini dicta ſeſſ. 7. cap. 4. iuxta diſpoſitionem cap. de multa, in beneficijs requiritibus reſidentiam, aut alias quocunque modo incompatibilibus, etiamſi Canonicatus ſint, inducitur vacatio primi ipſo iure per ademptionem ſecundi pacifice poſſeſſi, referunt decretum Nicol. Garcia d. capit. quinta numero. 84. in 6. Armendar. dicto loco numero. decimo ſeptimo. Aloſ. Rici. in praxi ſori eccleſiaſtici decif. 393. in prima editione, & reſolut. 332. numero. 12. in ſecunda editione.

29. Et Canonicatus duos ſimul abſque diſpenſatione Apoſtolica per triennium, & ultra detinens, utroque ipſo iure eſt priuatus, Garcia d. capit. 5. numero. 381. in tertia declarat. Armendar. dicto loco numero quadrageſimo tertio, in tantum quod poſſeſſor vtriusque Canonicatus ex reg. de triennali poſſeſſione tueri, & defendere non poſſit ex eodem Nicol. Garcia dicto numero. 381. in 4. declarat. Armendar. dicto loco numero quadrageſimo quarto, quia præſumpta diſpenſatio, in qua fundatur dicta regula de triennali non habet locum contra decreta Concilij ſeſſ. 7. capit. 4. & de ſeſſ. vigeſima quarta capit. decimo ſeptimo, & ſeſſ. 25. de reform. cap. 15. Nicol. Garcia dicta capit. 5. numero. 379. Armendar. dicto loco numero. 40. Campan. in diuerſorio iuris Canonici libr. 11. c. 13. n. 111. & 112.

30. Ex curſu tamen decem, vel viginti annorum præſumi in dubio diſpenſationem ad plura beneficia, tenent Flamin. libr. tertio quaſt. 6. numero 74. Aloſ. Rici. in praxi ſori eccleſiaſtici decif. 701. in prima editione, & reſolut. 593. in ſecunda edit. ubi reſert ita in ſacra Roſa decilum fuiſſe.

31. Cætera circa materiam incompatibilitatis beneficiorum tractant Dionſ. Chartuſ. & Hoieda in ſuis peculiaribus tract. de incompatibil. benef. Rebuff. in praxi benef. par. 1. tit. de diſpenſat. ad plura beneficia, Franc. Leo in theſauro ſori eccleſiaſtici parte ſecunda capit. 3. numero. 10. cum ſeqq. Flamin. de reſign. libro tertio quaſt. 1. numero. 121. cum ſeqq. Azori. inſtitution. moral. parte ſecunda, libro ſexto capit. 13. cum ſequentibus, Proſper de Auguſtin. in addit. ad Quarant. in ſumm. Bullarij, verbo beneficiorum reſignatio, cauſa 9. Aloſ. Rici. in collect. decif. parte tertia collect. 474. Nicol. Garcia de benef. parte 11. cap. 5. Paul. Comit. reſponſ. moral. libro primo quaſtione. 73. Valeri. Reginald. in praxi ſori pœnit. libro 30. tract. 3. capite decimo nono à numero. 278. Armendar. in ad-

dit. ad recopilationem legum Nauarra libro quarto titulo ſeptimo libro ſecundo de beneficijs incompatib. plures ex antiquioribus reſert Cened. ad decretal. collect. 150.

SVMARIUM.

1. Illiterato penitus facta beneficij collatio eſt inualida & irrita.
2. Illiterati ſunt incapaces beneficiorum.
3. Illiterato, ſed non penitus facta beneficij collatio non eſt ipſo iure irrita, tenetur enim ſub peccato mortali ediſcere, vel illud remittere, aut renuntiare.
4. Conciliator Concilij Tridentini ſeſſ. 7. de reform. cap. 3. & ſeſſ. 22. de reform. cap. 4. in fine.
5. Illiterati, qui alias honeſte vitæ ſunt quoad obtenta beneficia ob cauſam tolerari poſſunt.
6. Illiteratis poſſunt Episcopum tanquam Sedis Apoſtolice delegati coadiutores dare, & aſſignare eis partem fructuum pro ſufficienti victu.
7. Coadiutores illiteratis dare non poſſunt vicarius ex generali commiſſione.
8. Parochus, cui datus eſt coadiutor propter ſufficientiam, non poſſet abeſſe à reſidentia.
9. Coadiutor datus illiteratis ſicut Rector tenetur ad reſidentiam.
10. Coadiutoris deputatio facta ab Ordinario vigore Concilij ſeſſ. 21. de reform. capit. 6. non eſt attentatio, etiam ſi ſit executæ poſt appellacionem interpoſitam à ſententia eius, qui iudicialiter proceſſit.
11. Coadiutoria temporalis dari poſſet ab Episcopo cum beneficij Rector ſenio, vel morbo officium ſuum exercere non poſſet.
12. Declaratur tex. in capit. tua nos de clerico ægrotante.
13. Redditiuum beneficij generalis adminiſtratio quando competat coadiutori, oſtenditur.
14. Coadiutori auctoritate episcopali certa redditiuum portio aſſignanda eſt.
15. Redditiuus Eccleſiæ quando coadiutori, & ægrotanti beneficiario non ſufficiunt, quid faciendum ſit, oſtenditur.

EPISCOPVS QVANDO illiteratis coadiutores deputare poſſit?

ALLEGATIO LXIII.

1. Collatio beneficij facta penitus illiterato, eſt inualida & irrita per text. & gloſ. in cap. 1. diſt. 36. & in cap. præcepimus diſt. 34. reſolunt Rebuff. in tract. de pacificis poſſ. numero. 215. alias 260. Flamin. de reſignat. libr. 4. cap. 11. numero. 19. & libr. 5. quaſt. 3. numero. 76. Carol. de Graſſ. de effect. cleric. in prel. numero. 71. Azori. inſtit. moral. p. 2. libr. 6. cap. 6. qu. 3. cum ſequentibus, & c. 26. qu. 11. Leſi. libr. 2. de inſtit. c. 34. nu. 129. Nau. de orat. miſcel. 40. nu. 8. & miſcel. 33. n. 7. multos reſert, & ſequitur Nic. Gare. de benef. p. 7. cap. 7. n. 12. & illi ſubſcribit Campan. in diuerſ. iuris Canon. rub. 11. cap. 14. num. 5.
2. Illiterati enim ſunt incapaces beneficiorum ca. illiteratus diſt. 36. cap. pœnitentes, diſt. 55. Hoieda de incompatib. benef. p. 1. cap. 24. n. 28. Flamin. d. 9. 3. nu. 25. Carol. de Graſſ. d. prelud. num. 72.
3. Id tamen non debet intelligi in illis, qui non